in vita eius. Et ipse desiderabilis aqua
fixus siquidem tuus agnus paschalis
deliciabitur in floribus et palaciis huius
deliciosi orti. Et dum iste ortus anime tue
qui in hac fragili carne. tam bene excultus
in quo et assuetus est filius excelsi continuo
e spaciari et delectari Ecce dum primo
fuerit translatus a corpore. statim transfertur
in paradisum exultacionis. Ut floreat
et permaneat in conspectu dei in eternum et in
seculum seculi. Inserendum est adhuc adhuc
aliquid quod te oportet notare. Non te
deat te hoc audire.
Nota diligenter vinea domini claustrum est
monasterium in quo oblata es primo et
tota sacra religio cui es obligata.
in qua unaqueque anima posita est coram
domino quasi florens ortus. unaqueque vero
debita est excolere vineam domini. videlicet
chorum. et implere omnia que ad servicium dei